



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

47 Fructus ex beneficio fraudulenter acquisito perceptos esse
restituendos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

46
 Quid si ma-
 gna vel etiā
 maxima sit
 beneficiorum
 permutando-
 rum inequa-
 litas.

reddaturque nulla, veluti si ne vel pro tertia
 quidem parte beneficium vnus compermu-
 tantis respondeat prouentibus & emolumen-
 tis beneficij compermutantis alterius. quō
 pertinent elegātes duæ decisiones Rotæ apud
 Thomam Fastolum. nimirum causa 6. dub. 11.
 & causa 31. dub. 60. Et hoc est quod Gaufridus
 loco superiùs memorato dicit, permuta-
 tionem beneficij tenuis cum pingui valere nec
 fraudem posse impingi nisi cum omnia essent
 notabiliter (vt loquitur) inæqualia. solam sci-
 licet inæqualitatem beneficiorū permutando-
 rum, quantumuis magnam, non putant ad
 suspicionem fraudis inducendam sufficere,
 sed & ætatis inæqualitatem & personarum
 permutantium coniunctionem requirunt ad
 fraudem præsumendam. dico fraudem: quan-
 tumlibet enim nihil interueniat fortè simo-
 niacum, fraus tamen semper fit ordinariis col-
 latoribus, quæ toleranda non est: ad eò vt
 fructuum ex tali beneficio perceptorum resti-
 tutioni sit obnoxius quicumque sic eos frau-
 dulenter percepit, exemplo eorum qui dum
 vitæ clericalis propositum non habent, be-
 neficia nihilominus ecclesiastica possident, vt
 his ditati postea quærant ac ducant vxores c.
 commissa. de elect. lib. 6. debet nempe fraus
 & à beneficiorum permutacionibus abesse c.
 vnic. de rer. permutat. in 6. in verbis liberè ac
 sine fraude de quibus ibidem plenius paulò
 post agemus ordine suo. Sane si tanta sit
 inæqualitas beneficiorum permutandorum
 quan-

47
 Fructus ex be-
 neficio frau-
 dulenter ac-
 quisito perce-
 ptos esse resti-
 tuendos.

quanta fuit in permutatione Glauci & Diomedis, hoc est vt ne pro centesima fortè vel millesima quidem parte beneficium vnum alteri respondeat, vt si cum beneficiolo viginti vel etiam decem duntaxat florenorum annuorum permutetur beneficium quod sexcentorum vel nongintorum est annuorum similia florenorum, equidem, sine vel coniecturis vel præsumptionibus vllis aliis aut ætatis inæqualis aut consanguinitatis aut affinitatis vel alterius cuiuscumque coniunctionis, ex ea sola nudaque beneficiorum inæqualitate tanta permutationem censeo non valere, vt ac tanquam verè imaginariam quæ-
uenummo videatur inita vnico, id est re vici-
ssim præstanda quæ penè sit nihili. quod e-
uidens est argumentum latentis anguis in
herba seu fraudis geminæ, tum simoniacæ
nimirum tum ordinario collatori præiudi-
cialis & iniuriosæ, vel vt minimum poste-
rioris huius vt maximè Simon Magus in fa-
bula non fuerit. Iuris est enim notissimi
venditiones vel alias alienationes quæ fiunt
in fraudem iuris animo donandi, (quando
donatio non est permessa) nullius esse mo-
menti. l. vir vxori. 17. ff. ad SC. Vellian. l.
si quis donationis. 28. in fin. ꝛ. de contra-
hæd. empti. & vendit. l. si sponsus. 5. §. cir-
ca venditionem. ꝛ. de donat. inter vir. &
xor. l. penult. ꝛ. de leg. Iul. repetund. qua-
ly omnino fraus & in imaginariis huiusmo-
di beneficiorum permutationibus euidenter

48
*Imaginaria
beneficiorum
permutatio,
vbi benefi-
ciolum nul-
lius penè mo-
menti recipi-
tur pro simo-
nismo.*